

neqz confundentes psonas neqz
substantia separantes qz vt dicit
Anathanasi. Alia est em psona
patis, alia filij, alia spiritus
sancti. sed patis et filij et spūs
sancti non est diuinitas equalis
gloria coeterna maiestas quā
pater talis filius tali spiritus sa-
ctus.

HQuintum quod erat cōfides-
tandū circa trinitatē diuinaꝝ p-
sonarū dicitur fidelium obligatio
vbi videre debem⁹ utrum crede-
re explicite misterium trinitatis
sit d necessitate salutis. et respō-
det tho. xxiiij. q. iiij. qz misterium xpī
explicite credi nō potest sine fide
trinitatis quia in misterio cūstī
hoc cōtinetur qz filius dei carnē
assumpserit qz per grām spirit⁹
sancti mūduꝝ renouauerit et ite-
rum qz de spiritu sancto concep-
tus fuerit. et ideo eo modo quo
misterium xpī ante christū fuit
quidem explicite creditum a ma-
ioribus implīcīte autē et quasi
obumbrate a minoribus ita cī-
am et misterium trinitatis Post
tempns autē gracie reuelate tā
maiores qz minores tenētur ha-
bere fidem explicitam de miste-
riis christi p̄cipue quantū ad
ea que communiter in ecclesia
solemnizantur et publice. Ita
eciam post tempus gracie diuul-
gate tenentur omnes ad expli-
cite credendum misterium trinita-

tis quare etiā oculos mētis
noscē et deum benedictum colla-
mus honore debito vt sic digni
efficiamur gratia eius per quam
tandeꝝ ad ipsam curam eternā glo-
riam Amen

Sermo decimus nonius de ho-
nore et reuerencia deo exhiben-
dis et debitib⁹.

Estant grauiter circa
cultum dei christiani
qui tanto sunt reprehē-
bēsibiliores qz re-
titas eis est magis nota Omnis
utiqz natiō magis reuerenter de-
os falsos colit qz christian⁹ po-
pulus deum regem celi. Idcirco
vt deus nobis p̄picus et mīseri-
cōs fiat de honore sibi debito in
hoc sermone dicem⁹ in quo tu-
plex honor distinguendus est

Prim⁹ cōsistit in sacerd⁹ loco
et veneracione

Secund⁹ in sacerd⁹ psonarū
existimacione

Terci⁹ in sacerd⁹ ceremonia-
rum p̄solutione

De p̄mo honore deo debito
qui cōsistit in sacerdotum locorū
veneracione

Capitulū p̄mū.

Dicitur hunc qui dicitur
sistit in sacrop locop
venetatione. Debet uti
q̄ omnes venerati loca sacra do
dicata ita ut in ecclesijs vñ q̄s
q̄ ingrediatur cōmōret et exeat
cum deuotione humilitate timo
re et reverentia et hoc ppter tua
Primo ppter dei maiestatez
Secundo ppter utilitate
Tercio ppter exemplaritate

Primo debet vñ quisq̄ veni
ti templo dei ppter eius mai
statem. Nāt dicitur in ps. Do
minus in templo sancto suo. et
Apoca. xxi. Ecce tabernaculum
dei cum hominibus. sed poss alii
quis obiceat q̄ nō sit aliquis lo
cus deputatus ad cultum dei q̄
ut dicitur actuum xvij. Deus
qui fecit mūdum et omnia que
in eo sunt. hic celi et terre cū sit
domin⁹ nō in manufactis tēplis
habitat nec manib⁹ humāis
coitur indigens aliquo. et. iij.
Regum. viij. Salomon dixit.
Si celum et celi celorum te cape
re non possunt quāto magis do
mus hec quam edificau tibi Ad
hoc respondet Th. i. iij. q. cij. et
xxij. q. lxxxij. q̄ in adoracōe dei
et orationib⁹ siendi duo cōside
rari possunt. Aut deus qui cōtē
adoratur et oratur et sic nō esset
aliquis locus ad adorandum ne
cessarius. Aut confidantur ipsi

homines cōlentes deum et sic de
terminatus locus eligit ad ado
randum non propter deum quā
adoratur quasi loco cōcludatur
sed ppter ipsos adorātes et hoc
tūplici ratione. Primo quidē p
pter loci cōsēcratōē ex qua sp̄
ritualem deuocōem cōcipiūt
orantes ut magis exaudiantur
Secundo ppter sacra misteria et
alia sanctitatis signa que ibi cō
tinentur. Tercio ppter concur
sum multorum adorātiū ex q̄
sit oratio magis exaudibilis s̄m
illud Math. deāmooctauo. Vbi
sūt duo vel tres in nomine meo
congregati in medio eoru; sum
Ideo ecclesia ad diūnum cultū
deputatur Ex quo multipliciter
nominatur sc̄z Basilica. tēplū.
tabernaculum. ecclesia. et dom⁹
dei. Primo dicitur Basilica ut
habetur di. xlj. c. Non oportet
Vbi dicit Archidiyaconus q̄ ba
silica dicitur palacium regis Ba
fileos enim grece. latine rex in
terpretatur. Unde basilica dicit
que libet ecclesia quā palacium
est summi regis et regi regū mī
nistratur Quidam tamen dixe
runt ecclesias episcopales tan
tum dīd basilicas quā hīmōi re
ges cōsueuerūt fundare et dota
re s̄m Huguiōnez. vel basilica
dicitur a basileo rege grecorū q̄
primo se fecit sepelici apud ecclē
siam s̄m Psidorum.

Secundo ecclesia dicitur templum. Et sicut archidiaconum templo dicitur quasi triduum amplum, quia populus ibi sub omnius tridii amplitudine continetur et proprie templorum sunt maiores ecclesie. **N**el templum dicitur a contemplando quia hoc ibi fieri debet. **T**ercio dicitur ecclesia ut de consuetudine. **E**cclisia que interpretatur collectio seu conuocatio, ubi dicit archidiaconus, ideo dicitur conuocatio, quia continet populum conuocatum a deo. **O**bis autem conueniebat populus iudeorum dicebatur et ad huc dicitur sinagoga que interpretatur congregacio. quod ad verba legis que aspera erant et dueta populus ille velut gressus peccatum congregabatur. **N**ed in catholicis adunatio dicitur ecclesia, id est conuocatio ubi conuenit, quod amore spiritus sancti ad unam fidem et premium futuri seculi contatur. **Q**uarto ecclesia dicitur tabernaculum quod est militare habitaculum. **V**nde dauid in psalmo. Transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad dominum dei. id est ab ecclesia militante usque ad ecclesiam triumphantem. **Q**uia enim milicia est vita hominis super terram ideo ecclesia ubi adunatur populus militas non habens hic quietatem manens, apassime dicitur taberna-

culum. **Q**uinto ecclesia dicitur domus dei, ut patet Iohannes iij. et Mathew xxii. et de re, et venientia sanctorum, capitulo. **D**omum dei, libro vi. **V**nde et Petrus, capitulo vii, post constructionem templi apparuit dominus salomonis nocte in templo et ait. **A**udiui orationem tuam et elegi locum istum mihi in locum sacrificij. **D**i clausero templum et pluvia non fluerebit et mandauero et preceptero locuste ut desuoret terram et misero pastore dicam in populum meum. **C**onsuerfus autem populus meus super quo inuocatum est nomen meum precatus me fuerit et exquisierit faciem meam et erit penitentiam a vobis suis possimus ego exaudiam de celo et propiciatus ero peccatis eorum et sanabo terram eorum oculi quoque mei erunt aperti et aures mee erede ad orationem eius quod orauerit in loco isto. **E**legi enim et sanctificavi locum istum ut sit nomen meum ibi in sempiternum et permaneant oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus. **I**gitur cum summa reverentia qualibet in ecclesiis adesse debet. **V**nde in prefato capitulo. **D**omum dicitur. **D**omum domini decet sanctudo decet ut cuius in pace factus est locus eius cultus etiam sit de vita reverentione pacificus. **H**ic itaque ad ecclesias humilis et deuotus

ingressus sit in eis deuota conuer-
satio deo grata insipientibus pla-
cida. et Aug⁹. xlj. di. c. In ora-
torio inquit. In oratorio preter
orandi et psallendi cultū peni-
tus nihil agatur ut nomini hu-
ic et opera iugiter impensa con-
cordent. Sedre mundo a scandi-
alis quia hodie in dei templis
nulla seruatur modestia nulla
honestas nulla religio quinymo
ibi abundant cibis iocis spectacu-
lavana et alia quod plura nephan-
da. O permisiva consuetudo. O
detestabiles mores christiano-
rum malorum qui templo dei ita
inhabitant quasi eēt viliissima
lupanaria.

Necunda ratio quare dei tem-
pla sunt merito veneranda est. p-
pter utilitatem. In illis namque
fuscipimus spiritualia beneficia
ibi recipimus sacramenta ibi se-
perimur post mortem reseruan-
tes corpora vestra ad generalez re-
surrectionem Propterea inquit
psak. Suscepimus deus miseri-
cordiam tuam in medio templi
tui. Hinc est quod ecclesia funda-
tur cum preminencia quia nul-
lus eam edificare potest nisi au-
toritate diocesani qui debet po-
nere primatum lapidem figere
crucem designare cimiterium. et
etiam petere dorem sufficientem
assignari sine qua consecrati non
debet. ut patet de consecracione

distinctione prima. ca. Nemo
et c. placuit. Insuper ecclesia co-
secrata non debet reuerti ad se-
cularem habitationem et popula-
nos usus. decimanona questio
tertia capitulo Que semel. et ca-
pitulo Quomodo. decimasepti-
ma questio ne ultima capitulo.
Quae fisi. extra de religiosis do-
mibus. capitulo Adhuc. Ter-
tia ratio quare veneranda sunt do-
minica tempora dictum exempla
titatis. Non solum enim a san-
ctis docemur exemplo et venere
mur dominica tempora sed offe-
runt se gentilium exempla qui
suum ydolorum tempora diligē-
tissime honorare studuerunt. vn-
de Valetius libro primo rubrica
de religione recitat qualiter Fa-
bius quia questiones audiuit
in templo dictaram amfit. nam
nulla melodia et nullus sonus
in templo esse debebat nisi pro-
laude deorum. Iterum in rubri-
ca de neglecta religione narrat
quod quidam nomine flaccus cen-
sor existens a quodam templo
quod erat in civitate Calabrie
tegulas marmoreas fecit remo-
ueri et Romam in proficia domo
fecit portari propter quam cau-
sam demens fuit effectus. In
super duos filios perdidit quod
factum postmodum Denatus re-
texuit et emendauit tegulas ad
tempulum reportari iubendo.

In fugib[us] ibidem ponit q[uod] quidam postumus nomine a scipioē dū ess in asia Romam p[ro] militum eratio siue stipendio fuit missus qui dum in asiam reuertetur. Proserpīne templum exptia s[ecundu]m thesauro. q[uod] ut senatū fuit intimatum statim per senatū reuocatus et in carcere clausus fuit. In quo detentus ante q[uod] ex aminate sua causa crudeli morbo valde vtpote demens et futio sus obiit deaq[ue] proserpīna senatus edicto postumū sibi confisca tum thesauro suū rehauit. Iste itaq[ue] suo modo miram exhibere contendebant reuerentiam tem plis falsorum deoꝝ. Quāto magis et nos reuerenter traxae debem⁹ tepla dei. Nam et dñs Ihs chris⁹ in nullo ita seuerus ap[er]auit. sicut dum in templo inuenit vendentes et emētes quo cum mēsas euertit pieūtq[ue] pe cunias et flagello facto de sum culis eos eiecit a templo dicens Dom⁹ mea dom⁹ oracōmis wca bitur eos autem feastis illā spe luncam latronū.

De secūdo honore deo debito in sacraꝝ psonaq[ue] existimatoe.

Capitulum secundum

Scindus honor qui deo debetur consistit in sacraꝝ psonaq[ue] sc̄ sacerdo

tū existimatoe. Est em̄ sacerdō talis dignitas excellētior qua cuq[ue] dignitate tēpali q[uod] probare possum⁹ tūpliciter

Primo ratione
Secundo auctoritate
Tercio exemplo.

Primo ostēditur q[uod] dignitas sacerdotalis excellit omneꝝ dignitatē tēpale ratiōe que tūplex ēē potest

Prima tō dicit significatiois
Secunda institutiois.
Tercia condicōis.

Prima ratiō didicit significatiois. Nam sacerdos sūm p[ro]fessio ram libto. vñ ethimo dicitur q[uod] si sacer dux vel sacra dans Ha go autem istius duplicitas inter pretatiois sūm Thomaz in iij di. xxiiij. est quia per misteriū spirituale sacerdos est mediūs inter deum et populum. Nam ipse diuina nūciat et mīstet populo et vota populi offert deo. Dicitur eciam sacerdos quasi sacra dans. Hacta autem dare potest aliquis duobus modis vel auxiliando vel sacramenta dispē sando. P[er]immo modo quilibet iustus in quantum sacra sua merita dat vel communicat alijs auxiliando interpretatur sacerdos. Secundo mō nomē sacerdos ē institutū ad significādū eū q[uod] sacer

dat in sacramentis dispensacione
et sic ille quod est in gradu ordinis
constitutus dicitur sacerdos. Ob id
in scripturis sacerdotes nominantur
ali quando dicitur aliquando an-
geli ut dicitur. xi. q. i. ca. **Sacer-**
dotibus. Unde et ad mosen de-
eo qui ad instrumentum deducend
est dicitur Applica illuz ad deos
id est sacerdotes. et cursus scrip-
tum est Domus non detrahes id est
sacerdotibus. Et propheta ait La-
bia sacerdotis custodiunt sci-
entiam et iusticam et legem regu-
lant ex ore eius quia angelus domini
est. **Secunda ratio ostendens**
dens sacerdotalem dignitatem
dicitur institutionis. Nam sacer-
dotium precessit legem scriptam quae
in veteri testamento primus sa-
cerdos qui iubete dominum vestrum
obtulit fuit melchisedech sicut
patet gen. xiiij. c. Demum per sa-
cerdotium iubente domino regia pote-
stas est ordinata. Unde primo Re-
vij. dixit deus ad samuelum sa-
cerdotem. Audi vocem eorum scilicet fili
orum istrael petendum regem et co-
stitue super eos regem hinc est
quod spiritualis auctoritas terrena
potestate habet instituere ut
sit et iudicare si bona non sit quod
probatur per apostolum paulum
dicentem prime ad corinthios. viij.
Nescitis quoniam angelos iu-
dicabimus quanto magis secula-
ria. Et idem in. c. Per venetabi-

lem extra qui filii sunt legitimi
et. ix. q. iij. c. **Nemo r. e. Alior**

Tercia ratio ostendens digni-
tatem sacerdotalem dicitur eo
dictionis. Est enim sacerdotalis
dignitas spiritualis. et ideo quoniam
spiritus nobilior est corpore
tanto sacerdotialis dignitas no-
bilior est quamque dignitate tem-
porali sicut patet extra de trans-
latione episcopi et electi. c. In
corporalia

Decundo ostendit dignitas
sacerdotialis que excedit omnes
dignitatem temporales auctorita-
tes. De sacerdotibus enim dici-
tur Psaie. lxi. Vos sacerdotes
domini vocabimini. Ministeri do-
mini dei nostri dicitur vobis. et
prima Petri secundo Vos estis
genus electum regale sacerdoti-
um gens sancta populus acquisi-
tionis. xcvi. di. c. Duo. scibet
Autum non tam preciosum est plu-
to quam regia potestate fit ordo sa-
cerdotialis alicor. et eadem. di-
ca. Quis dubitet. Quis dubi-
tet sacerdotes christi regum et
principum omniumque fidelium
patres et magistros consenserunt pro-
pterea sexta questio prima in
capitulo Sacerdotes dicitur.
Sacerdotes qui proprio ore cor-
pus domini conficiunt. Ab omni-
bus sunt timendi. et tercia que-
stione prima capitulo. Nulli.
Dominum crucifigunt qui eum in

suis sacerdotib⁹ pse quundam. et
xi. q. iij. c. Absit Anther⁹ papa
ait. Absit ut quicq⁹ simistrus de
hijs arbitremur qui apostolico
gradui succedentes christi cor-
pus sacto ore conficiunt p⁹ quos
nos christiani sumus qui da-
ues regni celorum habentes an-
te iudicij diem iudicant. In re-
teti quoq⁹ lege habetur. Quicū
q⁹ sacerdotib⁹ non obtempasset
aut extra casta positus lapida-
batur a populo aut gladio ter-
uice subiecta contemptum expia-
bat cruce. et .xvi. q. i. c. Di cle-
ticatus. Hec om̩m⁹ ait. Non est
humilitatis mee neq⁹ mēsure iu-
dicare de ceteris et de ministris
ecclesie simistrum quāpiam di-
cere.

Tertio ostenditur dignitas
sacerdotalis exemplo. Christus
missimi enim impatoes sacerdo-
tes honorare se⁹ studuerit sicut
p⁹ de theodoſio impatoe de quo
legitur in hystoria trāperita q⁹
cum apud theſſaloniam ciuita-
tem quidam iudices fuissent la-
pidati. xi. q. iij. c. Cum apd theſſ
saloniam. Indignatus theodoſi⁹
omnes piter iuſſit interimobi
septem millia fuit occisi nullo
precedente iudicio hm̩i autem
cladem plenam gemitibus au-
diens beatus Ambroſius cū pū
cepſ ſe iuſſet mediolanum et fo-
lenm̩ter in ſacrum vobuſ ſe
templum occurrit ſanct⁹ epis-

copus fotis ad ianuas r̩ ingre-
dientem hijs sermonibus a sa-
ci timoris incessu prohibuit. Ne
ſcis miser imperator perpetra-
te nescis quanta fit magnitu-
do neq⁹ post causam tāti ſuas
menſtua molem preſumpciois
agnoscit. Sed forte re cognitionē
peccati prohibet potestas impē-
tij. detet tamen ut vincat ratio
potestatem. Quibus igitur oculis
aspicies communis domini
templum quibus calcabis pedi-
bus ſanctum illius paumentū
quomodo manus extendes. de
quibus adhuc ſanguis ſillat in
iustus. Recede recede igitur ne
ſecundo peccato priorem ne quā
am augere contendas. Hijs ser-
monibus imperator obediens
erat enim diuinis eruditioni-
bus enuttitus et apte ſciēs que
funt propria ſacerdotis que re-
gum gemens et defens ad rega-
lia remeauit. Cumq⁹ octo men-
ſium tranſiſſent tempora appo-
pinquauit nativitatis ſaluato-
ris noſtri festiuitas. Impera-
tor autem lamentacionibus affi-
duis in palacio refidens conti-
nuas lachrimas incessabiliter
expendebat. Ingressus autem
Rufin⁹ tūc magister militū et
ſingularem apud principem fi-
duciam habens et videns prin-
cipem in lamentacionibus pro-
ſtratum accessit et lachrimarū
cas inquireret. At ille velēnīc⁹

ingemiscens et amarissime lacrimas fundens. **Tu** inquit **Ru**
sine ludis et mea mala nō sētis.
Ego autēz lamentor et gemo ca
 lamitatem meam. quia seruis
 quidem dei et mendicantib⁹ ap⁹
 ta sunt templa dei. At **Rufinus**
 ad **Ambroſium** perrexit. **Cū** am
 broſius ait **Impudenciam canū**
 imitatus es **Rufinie** tante videlī
 tot necis auctor existēs. **Ego** di
 co tibi quoniam imperatores in
 gredi sacra limina prohibeo. **Hec**
 et alia plurima rufinus audies
 imperatorū nunciavit rotum an
 tistitis. At imperator in media
 iam platea pēgo inquit ut iu
 stas in facie fuscipiaz contume
 lias. **Cumq** ad sacra limina per
 uenisset in sarcam quidem **Ba**
 silicam non presumpsit intare
 sed remiens ad Antastitem sup
 plicabat ut eius vincula resolute
 ret. **Cui** ambroſius. **Quā** penitē
 ciam ostendisti post tantas ini
 quitates. **Cui** Theodosius tuuz
 est docere meum vero fuscipete.
Cui ambroſius in iunxit ut le
 gem conderet ne sentencia mo
 tis ferti posset animo irato. sed
 transacto triginta dieuz nume
 ro. **Quod** et fecit. **Hicq** cum la
 crimis et deuocione templū tan
 dem ingressus est in cunctis re
 uenter se h̄ns erga sacerdotē
 ambroſium. **Quid** fecit **Conſta**
 tinus d quo est textus. xcvi. di.

ca. In scripturis et c. Conſtan
 tinus. **Quid** reliquā omes crasti
 am reges vel imperatores. Omis
 tamus omnia que repetere lon
 gū foret. **In**spiciam⁹ dñm Ihesu⁹
 christum de quo dicit Ciprian⁹
 xaij. ca. Dominus. Domin⁹ no
 ster Ihesus christus rex et iudex
 usq ad passionis horam serua
 uit honorem pontificibus et sacer
 dotibus. **Nam** cum leproſuz mu
 da s̄let dixit eidem. **Vade** oſte de
 te sacerdoti. sacerdotem adhuc
 appellans quem sciebat esse sa
 cilegium. **I**tem cū subditus pas
 sionis alapam accepisset nihil co
 tumelioſe locutus est in gloriaz
 pontificis sed sic magis inocen
 ciā suā tutus est dicens. **N**ī ma
 le locutus sum testimonium per
 hibe de malo. si autem bene tur
 me cedis. **Hec** igitur ab eo hu
 militer et pacienter facta fuit
 nos humilitatis et patientie exē
 plum haberem⁹. **Sed** hodie ple
 ticq de illis sūt de quib⁹ dicit. i.
 q. i. c. **M**ulti. **M**ulti seculatiū
 cum plus sacerdotum vitam q̄
 suam conspiciunt in magni con
 tencionis sacerdotum crimen in
 curcunt. **M**agna enim trabe
 vulneratos oculos habentes fe
 stucam in alienis conspiciunt ocu
 lis quam dum incaute euellere
 festimant in erroris foueam di
 labuntur.

De tertio honore deo debito
in sacramentorum obseruacione

Capitulū tertū.

Tercius honor qui dō debetur consistit in sacra-
rum ceremoniarum obseruacione. Nam ut dicit Tho.
xxij. q. lxxxvij. deum et si nō ratione fui ratione nostā etiā corporaliter reuererē debemus. tum ut p̄ corporales motus extītem⁹ mentem nostram. tum ut deum h̄m utramq; naturam nostram honoremus. Vnde Johānes damascenus inquit. Quia ex duplī natura compositi sumus scz corporali et spirituali duplice dō honorem referre debemus. Consistit autem hic honor in trib⁹.

Primo in capitib⁹ inclinacōe.

Secundo in incuruacione

Tertio in genuflexione

Primo consistit honor in capitib⁹ inclinacione. & sic statuit ecclā. ut cū nominatur nōmē ihus in ecclā in missis et diuinis officijs omnes reuerenter inclinent caput. Vnde de consecratio-
ne ecclie li. vi. m. c. Decet. dicit Cōuenientes in ecclā nomen il-
lud quod est sup̄ omne nōmen. nōmen videlicet domini nostri Ihesu christi exhibitione reuerente spūalis attollant et ita fle-
cant genua mentis quod vel ca-

pitis inclinacōe p̄tēsentur

Secundo consistit honor dei in incuruacione. Habet hūc vñ ecclā ut in diuinis officijs cum gloria patrū et filio et spiritu sācto decantat in fine psalmorum omnes corpus incipiunt simul cum capite

Tertio consistit hic honor in genuflexione. Genusfleximus namq; cum adoramus corp⁹ cristi. in omnibus morib⁹ huiusmodi profitentes nos subditos deo qui est benedictus in secula seculorum Amen

Terzo vicesimus de pauci-
tate que omnibus est necessaria
propter communes passiones
quibus infestatur humanū ges-
nus

Depaciētiā cur-
rāmus ad propitū
nobis cōfiamē. Do-
ctoris gencium ver-
ba sunt ista ad hebreos. xij. c.
Post lapsum p̄timorum paren-
tum adeō humānum genus pas-
siōnibus est vexatum ut nullus
vnq; in hac vita inueniri possit
omnino quietus. Insurgunt vñ-
digz mala vndiqz tempestates
vndiqz afflictiones laboroseqz
cure. Accidit et sepe multa adū-
sa nolentib⁹ et iniūtis. neqz alit
aduersus fortune impetus et in-
cursus repentinorūq; motus nisi